

8  
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

42

ASSERTIONES  
DE PROCURATORIBVS ET DEFENSORIBVS.

AD QVAS TRINO ET VNO DIRIGENTE, CLARISSIMORVM CONSULTISSIMORVMQUE VIRORVM D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, & D. Ioannis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatoris & Fisci, præsidio subnixus, in celebratissimo Agrippinensium Collegio, ex more publicè respondebit.

GERARDVS HERDINGH.

*Anno reparatæ salutis, CIJ. IJ. LXXXXI.  
IIX. Calend. Martij.*



COLONIAE AGRIPPINAE L  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

## ORDINIS RATIO.

**S**uperiori disputatione satis discussum est de postulando. Cum autem procuratores non sint absimiles postulatoribus, (a) iusta ordinis methodo, hic titulus de procuratoribus, annectitur. (b)

(a) l. i. §. aduocatos ff. de varijs & extraord. cog. (b) glos. in princ. C. de procur. quam sequuntur Bart. d. t. C. & Zas. in parat. cod.

## POSITIO PRIMA.

**V**erum cum definitio exacta cuiusque rei demonstratio sit, (a) in hunc modum procuratorem definitum esse comperio. Procurator est, qui aliena negotia, (b) mandato sibi à domino factò, (c) gerenda gratuito (d) suscepit. (e)

(a) Bald. in l. i. ff. de usu & quemad. quis utat. (b) Azo in sum. h. t. l. i. ff. h. t. (c) quia in proprijs non consistit mandatum l. i. in fine ff. mand. l. licet 42. §. is cui ff. h. t. (d) l. litem C. h. t. l. i. §. vlt. l. si remunerandi ff. mandati (e) d. l. si remunerandi §. i.

### II.

Datur procurator ad litem futuram, (a) & in diem, & sub conditione, & ad diem. Vnde queritur? quod si dies sit elapsus, sed nondum causa finita, an remaneat procurator, & eum perficere posse causam si generalis sit, conclusum habemus, (b) secus si ad vnam litem. (c)

(a) l. 3. h. t. (b) l. ita autem §. fin. ff. de administ. tutor. l. vnica C. vt causæ post pub. (c) d. l. 3. vbi Bart. num. 4.

### III.

Hac est summa procuratorum, diuisio, (a) Aut sunt procuratores vniuersorum bonorum, (b) aut certæ alicuius rei vel litis, (c) negociæ, aut cum libera administrandi facultate. (d)

(a) VVef. n. 3. (b) l. mandato 60. l. procurator verb. generaliter h. t. c. §. de procurat. in 6. (c) l. i. h. t. facit ad hoc l. si verò §. cōtrario. ff. mand. l. si verò ff. de solut. & liber. (d) l. procurator §. 8. liberiozem enim habet potestatem tractandi quam procurator generalis d. l. procurat. 63. c. 4. §. fin. in 6. h. t.

### IIII.

Edictum hoc cum sit prohibitorium, quo circa qui non vetantur dare, his videtur concessa facultas preponendi suis rebus defensorem. (a) Procuratorem dare nequeunt, excommunicatus, (b) furiosus, seruus, (c) ab hostibus captus, (d) surdus mutus, (e) minor prodigus nisi tutore authore. (f)

(a) l. mutus 43. §. i. eo (b) c. final. ext. de procur. argum. c. licet de testibus (c) l. seruum h. t. (d) l. ab hostibus 15. ex quibus caus. maior. (e) nisi nutu aut scriptura d. l. mutus l. i. mādati l. Jurisgentium ff. de pact. (f) l. h. s. qui ff. de tuto. & cura. dat. ab. l. neque vbi Bart. & Si char. num. 10. l. 14. C. h. t.

### V.

Quod si minor curatorem non habeat, sicut habere nō astringitur extra iudicium, (a)

num

num procuratorem suis rebus proponere possit, queritur? & quidem ad extrajudicialia negotia posse non est dubium, (b) ad iudicia vero lites suas persequendas non item. (c)

(a) in princ. instit. de curat. (b) d. l. mutus §. is qui ubi Bart. h. t. (c) d. r. inst. de cur. §. inuiti l. non eo minus C. de procur. l. qui habet §. pupillus de tutel.

V I.

Filia familias ad actionem iniuriarum procuratorem nominabit, (a) non quo ad dotis exactionem, nisi parens absens sit aut mala vita. (b)

(a) l. filius familias §. filia familias ff. de procur. (b) d. l. §. sed puto l. si cum dotem §. eo autem ff. solum mat. in quibus enim agere potest in illis & procuratorem dabit, auth. quod locum C. de col. Bart. in d. l. filius fa. in princ.

V II.

Vetantur procurare minores, (a) foeminae, (b) milites, (c) nisi sint veterani, qui procuratores fieri possunt. (d) Quibus annumeratur, accusatus de crimine, (e) illustris persona, (f) is qui Reipublica causa abest, constitutus in dignitate, (g) & similes qui procuratorum munus suscipere nequeunt.

(a) l. minor §. ubi Bart. Zas. in par. num. xi. c. qui generaliter §. fin. de procur. in 6. (b) l. neque foemina ff. cod. l. 2. ad SC. Velleia. l. 2. de reg. iur. l. aliquam C. h. t. c. infames 3. q. 7. §. alij. (c) l. ita demum l. qui stipendia l. militem C. h. t. (d) d. l. §. veterani l. 2. §. ignominiae de infa. (e) Azo in sum. nu. 10. qui allegat l. reum C. h. t. l. i. C. de reis postul. (f) l. quicumque cum auth. seq. C. cod. (g) l. si quis decurio l. si quis procurator C. de decurionibus.

V III.

Filius familias non tantum ad negotia, (a) sed etiam ad iudicia procuratorio nomine interuenire posse, etiam inuito patre iure canonico probatur. (b)

(a) d. l. §. ipse quoque ff. h. t. l. item §. fin. ff. quod cuiusque vni. (b) textus expressus in §. ne dum c. qui generaliter de procur. in 6. c. vlt. de iudicijs & in c. non iniuste extr. de procurat.

V IX.

Cuius occasione queritur, Si miles ante litem contestatam vel à partibus, vel à iudice non fuerit reiectus, an post litem contestatam reijci optimo iure possit, & non posse concludam.

d. l. §. veterani ubi Bart. n. 4. l. ita demum C. h. t. haec enim exceptio est dilatoria vnde ante litem contestatam opponi debet l. qui procuratorem §. si quis h. t. l. exceptionem C. de probatio.

X.

De episcopis, sacerdotibus vel in sacris ordinibus existentibus, num & hi huic officio praesse possint, videamus, & non posse iure civili & canonico determinatum est.

c. 2. & 3. ext. ne cler. vel mona. c. 12. q. 3. c. 1. & in auth. de Episc. & cler. col. 9. §. deo amabiles cum §§. seqq. Specul. in §. 1. nu. 33.

X I.

Vnde quero, an procurator secularis, debeat recipi in causa spiritali, & non debet, (a) excepta matrimoniali. (b)

(a) arg. c. sacrosancta c. Massana ext. de elect. c. causam ext. de prescrip. c. quae de constit. (b) quia cadit specialiter in laicum Specul. in §. 1. 34.

Cui

XII.

*Cui annexo, vtrum infamis rectè procuret, & licet olim neq, dare, neq, dari potuerit, hodie datur ex noua Imper constitutione.*

§. vlt. Instit. de except. Gaill lib. 1. obs. 43. nu. 5. Zas. in par. nu. 12.

XIII.

*Constitui vnus vel plures simul possunt, ad vnam causam, (a) sed an vnus sine altero agere possit, quod licet variè disputetur? non tamen admitti debere assero, ne fortè vnus alium impediatur. (b)*

(a) l. si quis l. pluribus ff. h. t. (b) l. quod si nolit §. si res, de ædil. edict. Cost. in d. l. si quis §. vnus. Speculator in §. ratione nu. 16.

XIV.

*Non ad omnes causas potest procurator interuenire. (a) In publicis iudicijs alieno nomine non admittitur, nec ad agendum, nec ad defendendum, (b) nec in ijs quæ sunt publica tamen criminalia, quando scilicet vltra relegatione potest, damnato iniungi poena, (c) In popularibus actionibus, (d) & in interdico de liberis exhibendis, (e) in quibus ex parte rei ill. eundem admittunt.*

(a) d. l. mutus. (b) l. accusatore §. fin. ff. de pub. iud. c. tux ext. de procurat. c. si quando 2. q. 6. c. in criminalibus §. q. 3. Zas. nu. 18. Specul. in §. 1. nu. 9. (c) l. 1. an per alium caus. (d) DD. in l. penult. §. ad crimen. de pub. iud. d. l. qui populari §. de popul. actio. l. licet 42. in princ. & ibi Bart. (e) l. Pomponius h. t.

XV.

*In actione tutoris suspecti, ob dolum cum sit famosa, (a) an sit procurator admittendus, in dubium vocatur, & non facile admitti puto, (b) sicut nec in actione iniuriarum, (c) nisi sit illustris persona quæ litem moueat. (d)*

(a) §. si suspectus Instit. de susp. tut (b) famosæ actiones capitalibus adæquantur l. iusta vbi gl. de manumissio. V Vef. nu. 5. (c) l. non solum 29. §. fin. (d) l. fin. C. de iniurijs.

XVI.

*Quando necessum sit procuratorem de rato cauere praterendum non est, in quo hæc distinctio notanda. Vbi constat de mandato, rati habitio nunquam est necessaria, (a) Si autem certo sciatur, eum non habere mandatum, nequaquam admittendus est, etsi paratus sit cautionem de rato prestare. (b) Quod si probabiliter de consensu dubitetur, procurator agere, volens de rato cauebit. (c)*

(a) l. ynica C. de satisfd. l. 1. vbi Sichard. Bart. & DD. h. t. C. l. ne satisfdatio ff. rem ratam hab. (b) glos. & Bart. in d. l. 1. & facit l. si pupillo §. fin. in versic. quanquam ff. de negot. gest. (c) l. illud in fi. cum l. seq. ff. de minorib. Bart. in l. 1. nu. 3. C. h. t.

XVII.

*Neque hæc cautio de rato sufficit, debet etiam promittere, se dominum defensurum, (a) vsq, adeo vt soluendo interesse non liberetur. (b) Quo fit vt nec durior, conditio erit procuratoris quam domini, praterquam in satisfdando. (c)*

(a) l. sed

(a) l. sed & hæ 35. §. non solum l. seruum §. ait prætor ff. h. t. (b) glos. in d. l. sed hæ §. prætor l. mutus §. pœna in fin. ff. h. t. gl. in l. inuitus C. Zaf. nu. 14. (c) l. non solum §. quæritur, l. minor §. quoniam tex. in d. l. sed hæ §. defendere h. t. l. si cum procurator ff. de re iudic.

## XVIII.

*Quam cautionem de rato non solum si alieno nomine agit præstat, verumetiam cum suo nomine experietur, V. G. vt si ex suo iuramento agat, (a) vel cum pater de dote nomine filia agit. (b)*

(a) l. non solum §. sed interdum l. actor C. de reb. cred. (b) l. filiusf. 8. l. non solum §. si de dote ff. h. t. vsque adeo vt si filia contradicat non admittatur, l. si cum dotem §. eo autem, ff. solut. matr.

## XIX.

*Procurator rei aut habet mandatum sufficiens, & res est expedita hodie, (a) in quem non dabitur actio, etiam si dominus non sit soluendo. (b) Aut nullum mandatum, aut forte mandatum dubium, nihilominus ad defendendum admittitur, (c) cum cautione de rato soluendo, quæ non remittitur ei etsi sit ditissimus. (d)*

(a) §. si verò Instit. de satisfd. l. 1. C. de satisfd. argum. l. si procuratorem h. t. (b) l. Plautius h. t. clarior tex. est in l. si si non obtulit in prin. de re iud. (c) l. seruum §. publicè ff. eod. l. exigendi C. eo. (d) l. minor §. fin. cum ll. seqq. ff. h. t.

## XX.

*Et licet procurator rei, de rato cauere non sit coactus, (a) in casibus tamen vbi præcisè necessarium foret, reum sententiæ acquiescere, nec aliter rei iudicata possit satisfieri, cautionem præstabit, (b) quemadmodum & in rei vindicatione, (c) & in duplicibus iudicijs receptum est. (d)*

(a) vt præced. thes. (b) l. non solum §. si status vsque ad finem l. vbi Bart. h. t. (c) l. Pomponius §. sed & is eod. (d) l. si defunctus §. fin. h. t. l. inter §. qui familiæ ff. famil. Excisc.

## XXI.

*Recipere mandatum ab initio est voluntarium, (a) susceptum verò necesse est consummari, (b) nisi ob deportationem, aduersam valetudinem, capitales inimicitias, inter ipsos postmodum ortas, aut similes excusationum causas prætendat, (c) quas prætor examinabit, & si iusta sit eum absoluat, aut ad perficiendum cogat.*

(a) l. filiusfamilias §. inuitus l. inuitus C. h. t. (b) §. mandatum institut. mandati l. si mandauero §. sicut autem. ff. mandati. c. cum olim ext. de offic. delegat. (c) l. 9. 10. & 13. h. t. (d) l. 14. cod.

## XXII.

*Hic animaduertendum venit, vtrum iudicia ab vno in alterum transferuntur? quod ipsum ante litem contestatam libere fieri permissum est, (a) postea minime. (b)*

(a) l. ante h. t. (b) quia quasi dominus litis factus est procurator l. nulla l. procuratoribus C. h. t.

## XXIII.

*Procurator lite inchoata omnia instar domini agit. Pacisci, (a) compromittere, (b) iura-*

*iuramentum deferre, (c) matrimonium contrahere, (d) absq<sup>3</sup> speciali mandato, vel nisi in rem suam constitutus, aut libera administratio concessa non potest. (e)*

(a) l. rescriptum §. fin. ff. de pact. (b) c. per tuas ext. de arb. (c) cap. qui ad agendum §. fin. in 6. de procurat. l. iusiurandum l. §. fin. ff. de iurciur. (d) c. fin. in 6. h. t. d. §. qui ad agendum §. fin. h. t.

#### XXIV.

*Procurator qui liberam habet administrationem, exigere, nouare, (a) sacramentum deferre, (b) aliud pro alio, permutare potest, donare vero & transigere nequit, (c) sicut nec alias alienare, nisi res sit tempore peritura. (d)*

(a) l. procurator cum l. seq. h. t. concordat l. quilibet ff. de solut. (b) l. procurator cui l. iusiurandum quod ex conuentione §. fin. cod. (c) l. mandato l. procurator totorum ff. h. t. l. filiusfamilias §. item videamus ff. de donat. (d) d. l. procurator totorum l. lex quæ in fin. C. de administ. tut. l. mulier §. sed enim ff. ad SC. Treb.

#### XXV.

*Hoc vinculum, quo sibi inuicem adstricti sunt dominus & procurator, progignit actionem mandati. (a) Quæ competit domino, si procurator rebus suis detrimetum, dolo & culpa leuissima attulerit. (b) Contrario ad sumptus quos bona fide impendit executor refundendos, (c) nec rationem acceptarum facere compellitur, priusquam ei plenarie satisfactum sit. (d)*

(a) l. licet §. ad hæc ff. h. t. instit. de verb oblig. in princ. (b) l. si procuratorem vbi Bart. h. t. Gaill lib. 1. obs. obs. 45. num. 5. (c) l. qui proprio §. litis impendia h. t. arg. l. quid ergo §. sufficit ff. de cont. act. tut. (d) l. quæ omnia 25. §. fin. h. t.

#### XXVI.

*Sumptæ ex superioribus occasione quero, vtrum negligentia procuratoris sit nocitura domino; & num dominus in integrum restituatur ob negligentiam procuratoris? priori casu nocere domino, (a) posteriori casu non debere restitui, (b) defendere non tergiuersabor.*

(a) l. si procurator C. h. t. l. transactionis placitum C. de transactio. Gaill num. 1. obs. 45. (b) l. si procurator l. licet §. eadem obligatio ff. h. t. Gaill d. loco nu. 4. Speculator in tit. de procuratoribus §. 1. nu. 16.

#### XXVII.

*Reuocatur mandatum dissensu domini, (a) vel si iudex ante litis exordium procuratorem non approbarit, (b) aut si dominus seipsum defendere cogitat, (c) si procurator ad inopiam redigatur, (d) si domini conditio deterior facta sit, (e) deniq<sup>3</sup> si dominus aut procurator, extremum habitum effuderit. (f) Datus ad litem sententia lata, liberatur. (g)*

(a) d. l. ante l. mutari h. t. c. ex insinuatione c. mandati ext. de procur. l. licet C. cod. (b) l. ita demum C. cod. (c) c. si quem in 6. h. t. l. qui mutuam vbi Bart. ff. mandati. (d) l. cum quis 38. cod. (e) Costal. in l. Titius 26. h. t. VVef. nu. 11. (f) l. si defuncto h. t. l. inter l. qui negotia §. fin. ff. mand. §. recte Instit. eo. (g) l. maricus vbi DD. C. cod. l. iudex posteaquam ff. de re iudicat.

QVOD

44

## QVOD CVIVSQVE VNIVER- SITATIS NOMINE.

**D**ICTVM est de procuratoribus priuatorum, nunc videre superest de exploratori-  
bus vniuersitatum. (a) Est autem vniuersitas pluriū hominum inter se distanti-  
um coniunctio, vno eius nomine deputato. (b)

(a) glōf. & V Vef. hic. (b) Zasius in parat. eod.

### I.

Collegia aut sunt licita, aut illicita. Licita (a) vt sunt collegia multorum artificum, li-  
teratorum religiosorum, congregatio cuiusdam ciuitatis castrī vel villae. Illicita quae ad  
malum finem tendunt, vt sunt conuenticula, clandestini conuentus qui & capite puni-  
untur. (b)

(a) l. i. h. t. l. fin. de iure immunitatis l. fin. in fine de nundinis l. i. §. religionis de colleg.  
illicit. (b) c. coniuuratorum. ii. q. i. l. denunciamus, C. qui ad Ecclef. confug. l. i. 2. de sed. l. i.  
de colleg. illic.

### II.

Omnes qui habent licita collegia, illi cōueniri possunt per syndicos vel actores suos, (a)  
Constituatur syndicus aut à lege, vel tota, aut maiori parte vniuersitatis, (b) modo omnes  
quorum interest vocati sint. (c)

(a) l. i. h. t. (b) l. nulli l. final. & ibi DD. h. t. (c) Bart. in d. l. nulli nu. 3. h. t. per l. 2. de decur.  
arg. l. fin. l. de auth. praest.

### III.

Minores cum non rectè ipsi muneribus publicis adhibeantur, (a) dubitari potest, an eti-  
am ad electionem syndici conuocandi sint, & conuocandos esse puberes cum Speculatore  
tuebor. (b)

(a) l. exigendi 12. vbi DD. C. de procur. l. ad rempublicam de muneribus, (b) c. i. §. prae-  
terita de prohib. feud. alic. Spec. in tit. de synd. nu. 3.

### IV.

Cum vnus ad eligendum deputatus, seipsum eligere non potest, (a) queritur, an illius  
votum inter reliquorum vota numerabitur, & munerandum existimo. (b)

(a) c. cum in iure de electio. l. qui cum tutoribus ff. de transf. l. plane h. t. (b) Costal. in d.  
l. plane.

### V.

Sed cum vox patris sit, vox filij & econtra, (a) videtur suffragium patris non prodesse  
filio, cuius contrarium determinat Imp. (b)

(a) §. ei verò instit. de inutil. stipulat. (b) l. illud vbi Bart. & Costal. h. t.

### VI.

Actor vniuersitatis sicut & actor priuatorum defendere vniuersitatem cogitur, item  
si dubi-

*si dubium sit etiam de rato cauebit. (a) Eisdem etiam modis mutatur syndicus sicut & procuratorium mandatum, (b) item morte syndici non verò vniuersitatis. (c)*

(a) l. si municeps l. item §. actor vbi Bart. h. t. (b) d. §. actor Spec. in tit. de syndic. nu. 11. c. inter monasterium, de sent. & re iud. (c) quia communitas semper durare intelligitur l. sicut 7. §. fin. l. item 6. in fine ff. h. t.

## VII.

*Syndicus cum totam representet Rempublicam, (a) an etiam priuatorum lites procurare valeat, & posse verisimilius est. (b)*

(a) l. 1. §. quod cuiusque vni. (b) Decius in l. factum 13. de reg. iur. VVes. in tit. de procurat. num. 4.

## IX.

*Vniuersitas cum sit multorum hominum coniunctio, (a) an in vno homine, totum ius conseruatur, (b) & conseruari, etiamsi nullus sit superstes, per solos parietes posse Bart. placet. (c)*

(a) vt in thes. r. (b) gl. in c. 2. de postul. (c) Bart. in l. inter stipulantem §. facram de verb. oblig. & in l. sicut §. 1. h. t.

# COROLLARIA

## I.

*Iuramentum calumnie nõ tantum à parte, sed & à procuratore præstandum est.*

l. qui bona §. si alieno de damno. infect. l. rem non nouam §. patroni C. de iudicijs.

## II.

*Si iudicium per falsum procuratorem agitatum sit, an lata sententia possit dominus, ea quæ per falsum procuratorem acta sunt, pro rato acceptari, & non posse si sententia pro se lata sit, defendere non grauabor.*

Gaill lib. obs. obs. 47. num. 3.

153255

AB: 153255

(X2203998)


K





De legibus et constitutionibus Imperatorum Romanorum





B.I.G.

Farbkarte #13

41

ASSERTIONES  
DE PROCURA=TORIBVS ET DEFEN=SORIBVS.

AD QVAS TRINO ET VNO DIRIGENTE, CLARISSIMORVM CONSULTISSIMORVMQVE virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, & D. Ioannis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatoris & Fisci, præsidio subnixus, in celebratissimo Agrippinensium Collegio, ex more publicè respondebit.

GERARDVS HERDINGH.

*Anno reparatæ salutis, CIJ. IJ. LXXXXI.  
IIX. Calend. Martij.*



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

L

11

